

# HYMNES DE TIERCE

## Semaines I et III

**N**Unc, Sancte, nobis, Spíritus,  
unum Patri cum Fílio,  
dignáre promptus íngeri  
nostro refúsus péctori.

<sup>2</sup> Os, lingua, mens, sensus, vigor  
confessióne pèrsonent,  
flamméscat igne caritas,  
accéndat ardor próximos.

<sup>3</sup> Per te sciámus da Patrem,  
noscámus atque Fílium,  
te utriúsque Spíritum  
credámus omni témpore.  
Amen.

**E**Sprit très Saint, daigne en cette  
heure,/ uni au Père, uni au  
Fils,/ descendre toi-même sur nous/  
et te répandre dans nos âmes.

Que notre cœur et notre bouche,  
que tout en nous dise la foi !/  
Embrase-nous de charité :/ que ce  
feu brûle aussi nos proches !

Fais-nous connaître Dieu le Père,/  
fais-nous apprendre aussi le Fils/  
et croire en tout temps que tu es/  
l'unique Esprit de l'un et l'autre.  
Amen.

## Semaines II et IV

**C**Ertum tenétes órđinem,  
pio poscámus péctore  
hora diéi tértia  
trinæ virtútis glóriam,

<sup>2</sup> Ut simus habitáculum  
illi Sancto Spirítui,  
qui quondam in apóstolis  
hac hora distribútus est.

<sup>3</sup> Hoc gradiénte órđine,  
ornávit cuncta spléndide  
regni cæléstis cónditor  
ad nostra æténa prámia.

<sup>4</sup> Deo Patri sit glória  
eiúsque soli Fílio  
cum Spíritu Paráclito,  
in sempitérna sácula. Amen.

**À** la troisième heure du jour,  
en respectant l'ordre fixé,  
invoquons de tout notre cœur/  
la gloire de la Trinité.

Puissions-nous être la demeure/  
de cet Esprit de sainteté/  
qui se répandit autrefois,  
sur les Apôtres.

C'est en suivant aussi cet ordre,  
que le Créateur du Royaume/  
a tout couronné de beauté/  
notre bonheur éternel.


À Dieu le Père soit la gloire,  
et gloire à son Unique Fils,  
avec l'Esprit Consolateur,  
à travers l'infini des siècles ! Amen.

## LUNDI À TIERCE

A. viii g

A

D-iuva me, \* et salvus e-ro, Dómine.



E u o u a e.

A. Aide-moi, Seigneur, et je serai sauvé.

### PSAUME 118 - XIV

**L**Ucérna pédibus meis verbum tuum \* et lumen sémitis meis.

Iurávi et státui \* custodíre iudícia iustítiae tuæ.

Humiliátus sum usquequáque, \* Dómine, vivífica me secúndum verbum tuum.

Voluntária oris mei beneplácita sint, Dómine, \* et iudícia tua doce me.

Anima mea in mánibus meis semper, \* et legem tuam non sum oblítus.

Posuérunt peccatóres láqueum mihi, \* et de mandátis tuis non errávi.

**T**A parole est la lumière de mes pas, \* la lampe de ma route.

Je l'ai juré, je tiendrai mon serment, \* j'observerai tes justes décisions.

J'ai vraiment trop souffert ; \* Seigneur, fais-moi vivre selon ta parole.

Accepte en offrande ma prière, Seigneur : \* apprends-moi tes décisions.

À tout instant j'expose ma vie : \* je n'oublie rien de ta loi.

Des impies me tendent un piège : \* je ne dévie pas de tes préceptes.

Heréditas mea testimónia tua in ætérnum, \* quia exsultátio cordis mei sunt.

Inclinávi cor meum ad faciéndas iustificatiónes tuas \* in ætérnum, in finem.

Tes exigences resteront mon héritage, \* la joie de mon cœur.

Mon cœur incline à pratiquer tes commandements \* c'est à jamais ma récompense.

### PSAUME 118 - XV

**D**uplices corde ódio hábui \* et legem tuam diléxi.

Tegmen et scutum meum es tu, \* et in verbum tuum superserávi.

Declináte a me, maligni, \* et servábo præcépta Dei mei.

Súscipe me secúndum elóquium tuum, et vivam ; \* et non confúndas me ab exspectatióne mea.

Susténta me, et salvus ero \* et delectábor in iustificatióne tuis semper.

Sprevísti omnes discedéntes a iustificatióne tuis, \* quia mendácium cogitatio eórum.

Quasi scóriam delésti omnes peccatóres terræ ; \* ídeo diléxi testimónia tua.

Hórruit a timóre tuo caro mea ; \* a iudíciis enim tuis tímui.

**J**E hais les cœurs partagés ; \* j'aime ta loi.

Toi, mon abri, mon bouclier ! \* j'espère en ta parole.

Écartez-vous de moi, méchants : \* je garderai les volontés de mon Dieu.

Que ta promesse me soutienne, et je vivrai : \* ne déçois pas mon attente.

Sois mon appui : je serai sauvé ; \* j'ai toujours tes commandements devant les yeux.

Tu rejettes ceux qui fuient tes commandements : \* leur ruse les égare.

Tu mets au rebut tous les impies de la terre ; \* c'est pourquoi j'aime tes exigences.

Ma chair tremble de peur devant toi : \* tes décisions m'inspirent la crainte.

### PSAUME 118 - XVI

**F**Eci iudícium et iustítiam ; \* non tradas me calumniántibus me.

**J**'AI agi selon le droit et la justice : \* ne me livre pas à mes bourreaux.



Sponde pro servo tuo in bonum ; \* non calumniéntur me supérbi.

Oculi mei defecérunt in desiderio salutáris tui \* et elóquii iustítiae tuæ.

Fac cum servo tuo secúndum misericórdiam tuam \* et iustificatiónes tuas doce me.

Servus tuus sum ego ; \* da mihi intelléctum, ut sciam testimónia tua.

Tempus faciéndi Dómino ; \* dissipavérunt legem tuam.

Ideo diléxi præcépta tua \* super aurum et obrýzum.

Proptérea ad ómnia mandáta tua dirigébar, \* omnem viam mendácii ódio hábui.

Assure le bonheur de ton serviteur : \* que les orgueilleux ne me tourmentent plus !

Mes yeux se sont usés à guetter le salut \* et les promesses de ta justice.

Agis pour ton serviteur selon ton amour, \* apprends-moi tes commandements.

Je suis ton serviteur, éclaire-moi : \* je connaîtraï tes exigences.

Seigneur, il est temps que tu agisses : \* on a violé ta loi.

Aussi j'aime tes volontés, \* plus que l'or le plus précieux.

Je me règle sur chacun de tes préceptes, \* je hais tout chemin de mensonge.

### Lecture brève

### Semaine I

*Rm 13, 8. 10*

Némini quidquam debeátis, nisi ut ínvicem diligátis : qui enim díligit próximum, legem implévit. Diléctio próximo malum non operátur ; plenitúdo ergo legis est diléctio.

℣ Adiútor meus esto, ne me reícias.

℟ Neque derelínquas me, Deus salútis meæ.

Ne gardez aucune dette envers personne, sauf la dette de l'amour mutuel, car celui qui aime les autres a parfaitement accompli la Loi. L'amour ne fait rien de mal au prochain. Donc, l'accomplissement parfait de la Loi, c'est l'amour.

℣ Ne me laisse pas, tu restes mon secours,

℟ Ne m'abandonne pas, Dieu, mon salut !

**Lecture brève**

Semaine II

*Jr 31, 33*

Hoc erit pactum, quod fériam cum domo Israel post dies illos, dicit Dóminus : dabo legem meam in viscéribus eórum et in corde eórum scribam eam ; et ero eis in Deum, et ipsi erunt mihi in pópulum.

℣ Cor mundum crea in me, Deus.

℟ Ne proícias me a fácie tua.

Voici quelle sera l'Alliance que je conclurai avec la maison d'Israël quand ces jours-là seront passés, déclare le Seigneur. Je mettrai ma Loi au plus profond d'eux-mêmes ; je l'inscrirai dans leur cœur. Je serai leur Dieu, et ils seront mon peuple.

℣ Crée en moi un cœur pur, ô mon Dieu,

℟ Ne me chasse pas loin de ta face.

**Lecture brève**

Semaine III

*2 Co 13, 11*

Fratres, gaudéte, perfécti estóte, exhortámini ívicem, idem sápite, pacem habéte, et Deus dilectiónis et pacis erit vobíscum.

℣ Oculi Dómini super iustos.

℟ Et aures eius in clamórem eórum.

Frères, soyez dans la joie, cherchez la perfection, encouragez-vous, soyez d'accord entre vous, vivez en paix, et le Dieu d'amour et de paix sera avec vous.

℣ Le Seigneur regarde les justes,

℟ Il écoute, attentif à leurs cris.

**Lecture brève**

Semaine IV

*Lv 20, 26*

Eritis mihi sancti, quia sanctus sum ego Dóminus et separávi vos a céteris pópulis, ut essétis mei.

℣ Beáta gens, cuius Dóminus est Deus.

℟ Pópulus quem elégit in hereditátem sibi.

Soyez à moi, saints car je suis saint, moi, le Seigneur ; et je vous ai distingués du milieu des peuples pour que vous soyez à moi.

℣ Heureux le peuple dont le Seigneur est le Dieu,

℟ Heureuse la nation qu'il s'est choisie pour domaine.